coticorum, Cathæreticorum, Præparantium pituitam, Frangentium lapides.

Emollientia, siue

Μαλάκτικα.

E*Mollientia induratis opponuntur, cum* *terùm cùm dura fiant tensione, siccitate, & concretione, propriè emollientia dicuntur, quæ concreta fundunt, & liquant; nam quæ tensionem tollunt, vacuantium genere comprehenduntur, quæ verò siccitatem sub alterantibus humectantibus adnexentur. Verùm licèt emollientia calida sint, cùm fiat concretio à frigore, non ipsum omnium idem gradus caloris, nec modus passiuarum qualitatum. Quæ concreta sunt cum aliqua plenitudine, postea calorem secundi, & tertij recessus, vt concere possit humiditatem humoris concreti, & quod liquatur discutere, ad quod necessaria est siccitas, quæ primum gradum non superet, alioquin parte tenui resoluta, redderetur materia durior. Vbi non est annexa plenitudo, emollitio fit moderato calore fundente, & aliqua humiditate, quia siccitas duritiem efficeret. Illa conuenient tumoribus scyrrosis. Ista mitioribus affectibus, sub quibus dulcia, ac pinguia omnia recenseri possunt. Sed vt distinctiùs enu-*

me-

merari valeant, ista mediocria, illa strenua emollientia nuncupentur, inter quæ aliqua etiam est latitudo, quæ à simplicium peritis facilè distinguetur.

Emollientia mediocria, siue

Μαλάττοντα, seu Μαλάκτικα.

Althæa rad. muccag.
Atriplex.
Amygdalæ dulces.
Beta alba.
Borrago, & rad. muccag.
Branca vrsina.
Brassica.
Buglossum.
Butyrum.
Caricæ pingues.
Cinnamomum.
Ficus maturæ.
Fœnugræcum, & eius muccago.
Gossipij sem.
Iniubæ.
Lac.
Liquiritia.
Lintsem & muccago.
Lilij flos, & rad.
Malua, & eius muccago, & conserua.
Mali cydoniorum sem. & muccago.
Melilotus.

Nux auellana.
Pasulæ.
Parietaria.
Sapa.
Sesamum.
Satyrium omne.
Vinca peruinca.
Viola purpurea.

Composita.

Adeps [Humanus.
[Vrtulinus.
[Gallinaceus.
Suillus.
Anatis.
Taxi.

Aqua tepens.
Balanus myrepsica.
Cassia fistula.
Cera noua.

Cerat. [Diapente.
Oxelæum.
Sacrum.
Citrinum.

Emplastr. [de Meliloto [simpl. &
[[comp. cum
Diachylon [gum. Vg.

Hydrelæum.
Lanarum tertia lotura.
Lana succida.

Melis

Mellis succus.

Medulla
- Cervina.
- Vitulina.
- Bubula.

Oesypus.

Omentum castrati.

Ol.
- Amigd. dulc.
- Maturum.
- Liliorum alb
- Sem lini.
- Sesaminum.
- Camæmellinum.
- Anethinum.
- Balaninum.
- Iasmini.

Sebum
- Caprillum.
- Hircinum.
- Taurinum.

Ynguentum de Althæa.

Vide digerentia debilia.

Emollientia strenua.

Ammoniacum.
Cœpa cocta.
Crocus.
Hippoglossum.
Libanothis.
Salsa parilla.
Scylla.

Composita.

Adeps { Anserinus.
Ceruinus.

Aqua therm. bituminosa.
Bdellium.
Bitumen.
Bryonia.
Ceratum citrinum ab Aq. Pendente,
Empl. [Ceroneum.
[Martiatum.
[Barbarum.
Galbanum.
Hemerocallis.
Hyacinthi radix.
Iridis flos, & rad. recentes.
Lapis [Gagates.
[Alabastrites.
Thracius.
Luta bituminosa.
Narcissi rad.
Ol. [Nucum.
[Stellionum Sax.
[Narcissinum.
[Irinum.
[Cyclamineum.
[Ammoniaci.
Opopanax.

Pe-

Petrolæum.
Pix arida.
Pancratium.
Resina omnis.
Stercus bubulum.
Tabacum recens.
Suffumigium lapidis Pyritis conueniens.
Decoct. extincti.

Grumos dissoluentia.

GRumos dissoluentia, licèt sanguini, lactique concreto aduersentur, vt eo nomine videri possint ad emollientium ordinem pertinere, differunt tamen aliqua ratione, nam sanguis, & lac proprij caloris defectu concrescũt in grumos, vnde postulat vicumque calefacientia, sed tenuium partium, valideque incidentia, & attenuantia, quia hæc concretio non fusione, quæ in vera emollitione fit, sed partium attenuatione, penetratione, & separatione perficitur. Sed alia quoque lacti conuenit concretio, quæ in caseum mutatur caseatio dicta, quę fit à calore valido, serum separante a crassiori parte, vt propterea longe diuersa sint medicamenta dissoluentia lac caseatum ab illis, quæ grumos emendant: frigida enim, & humida esse debent cum aliqua partium tenuitate: porrò licèt eadem conuenire possint grumoso sanguini, & lacti, cùm eodem modò